AUGUSTINUS. BASILIENSIA

Basel und Klosterneuburg, 1434-1435 Seite 22v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Noto verbum nimiu et plimu Sequitur ratio quia hijs plerumq vel iactare
se insolenter homines solent vel abicere ꝛc In sexta etiam synodo prohibitu fuit ne
Epi vel clerici se fulgidis vestibus ornarent et deridentes eos qui vilibus
et religiosis amicti sunt sunt corrigendi nam pristis temporibus omnis sacratus
vir cu mediocri aut vili veste conversabatur omne quippe quod non propter neces
sitate sua sed propter venustatem accipitur elacionis habet calupniam ut mag
nus Basilius ait ꝛc et Johes Crisostomus neq fulgidis neq sordidis vestibus se ornet
Et Jeronimus Neq affectate sordes neq exquisite mundicie laude pariunt Et Ide
fusca tunica et vilis contemptu mundi demonstret si enim respicimus retro heliseum
heliam Johem Apostolos patres antiquos qui sancti vestes viles induebant
ad tegumentu ipoꝝ ut verecundiam carnis tegerent et iniuria frigoris re
tunderent et caperemus necessitatem nature eo modo quo deberemus ponderando
verba suprascripta et considerando quo tempore fuit sctus Augus non interpretaremus
verba ipius ad modernu tempus In quo sunt abusus plimi sed ad tpus illud
et racione eciam cu enim canonicus reliquerit omnia et habet demonstrare contemp
tu mundi et excaritate de bonis ecclie pluribus alimonia dare ut nullus crede
ciu indigeat si posset vestiri ad necessitate nature pro tribus florenis cu maior
pars pauperum vestiatur pro minori precio si facit vestes de magno precio multo maiori
et pileos vel birretos sive tot et tanta nomina prout in capitulo et sic expendat
xij viginti vel ultra florenos usurpat aliena nec poterit in illis caritatem
exercere et contra Apostolum facit quem imitari deberet quia ut ait Neq duas
tunicas ꝛc Humbertus enim in exposicione regule ait nichil esse magis conve
niens predicatori quam ut parce vivat et vilibus vestiatur non dico sordidis
Ideo sctus Benedictus in Regula ait quod vilius comparari potest ꝛc Abbas
Cerreti manu propria se ipsum confundit quia habuit unam coctidianam tunicam
que valuit ultra octo florenos venenis quam ego Gotfridus vidi Ideoq
Item Super capitulo xxxiiij de balneo et minucione fuit scriptum Glosa posita
in suprascripto capitulo xxxiiij est expresse contra capitulum regule ibi Denique si
latens est dolor ꝛc ibi neq eant ad balnea sive quocumq ire necesse fuerit
minus quam duo vel tres est eciam capitulum in fine ibi usus preterea balneorum ꝛc
contra regulam quia regula non ita late loquitur sed strictius et in hoc
est abusus maximus in pluribus locis dum transeunt ad balnea naturalia in quibus
est sepe multitudo mulierum Ideo sufficerent verba regule in capitulo Indumenta
ibi lavacrum eciam corpori cuius infirmitatis necessitas cogit minime deneget
fiat sine murmure de consilio medicine Ita ut eciam si nolit iubente pre
posito faciat quod faciendum est pro salute Si autem velit et forte non

requirit folio ij°

Miror hec a monacho hoc carpi, cum constitutioni by Benedicti xij. conformia sint.

Suus dictis non concordat psalterium cum chitera

Regula S. Aug. vult, ut cuiq detur, quod opus est. Balnearum olim alia ratio fuit, quam hodie est.